Annus XIX - Vol. XIX 22 Decembris 1927 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii PP. XI: Sacrum Consistorium, p. 437 - Epistola, p. 445.

Acta SS. Congregationum: *Suprema S. C. Sancti Officii:* Decretum, quo damnatur liber L. Daudet «Le Voyage de Shakespeare», p. 446. - *S. C. Consistorialis:* Provisio Ecclesiarum, p. 447 - *S. C. pro Ecclesia Orientali:* Provisio Ecclesiae, p. 447.

Diarium Romanae Curiae: Sacra Penitenzieria Apostolica, p. 448 - Segreteria di Stato: Congregazioni assegnate ai novelli Cardinali - Necrologio, pp. 448.

INDICES VOL. XIX, AN. XIX, 1927: I. Index generalis Actorum, p. 449 - II. Index chronologicus documentorum, p. 451 - III. Index nominum: *a*) personarum, p. 463; *b*) locorum, p. 475; *c*) religionum, p. 482 - IV. Index rerum analyticus, p. 485.

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XXVII

Directio: Palazzo della Cancelleria — Roma.

Administratio: Libreria Vaticana — Roma.

Pretium annuae subnotationis
Pro Italia, Lib. 20 — Extra Italiam, *L. it.* 35 —
Pretium unius fasciculi, Lib. 8 —

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione die 29 octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XIX, n. 14 - 22 Decembris 1927)

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM

(*die 19 Dec. 1927*)

PAG.

I. Allocutio Ssmi Domini Nostri Creatio et publicatio Patrum Cardinalium 437
II. Provisio Cancellariatus S. R. E. - Optio tituli 440
III. Provisio Ecclesiarum 440

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

(*die 22 Dec. 1927*)

III

CONSISTORIUM SECRETUM

(*die 22 Dec. 1927*)

I. Oris clausio 443
II. Provisio Ecclesiarum 443
III. Assignatio Titulorum 444
IV. Postulatio Palliorum 444

EPISTOLA

Più d'una volta. - Ad R. P. D. Antonium Anastasium Rossi, Archiepiscopum Utinensem. - *18 Decembris 1927* 445

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

PAG.

Decretum, quo damnatur liber Leonis Daudet cui titulus: « Le Voyage de Shakespeare ». - *16 Decembris 1927* 446

S. CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 447

S. CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

Provisio Ecclesiae 447

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. S. Penitenzieria Apostolica: *Avviso di concorso* 448
II. Segreteria di Stato: *Congregazioni assegnate ai novelli Cardinali* 448
III. Necrologio 448

INDICES VOL. XIX ANNI 1927

I. Index generalis Actorum 449
II. Index chronologicus documentorum . . . 451
III. Indices nominum:
a) personarum 463
b) dioecesium, vicariatuum, etc. . . . 475
c) religionum 482
IV. Index rerum analyticus 485

MONITUM.

Omnes - qui nostrum " Acta Apostolicae Sedis „ Commentarium officiale sunt pacti, quibus mense decembri 1927 nomina excidunt et denuo subnotandi voluntas est - ut quam primum subscribant rogantur, ne iisdem ullam missio pro anno 1928 fasciculorum, volumen XX complectentium, moram patiatur.

In renovanda vero subnotatione ut alteram ex fasciculorum schedulis externis mittant, vel numeros designent nomini ipsi praepositos socii iterum rogantur.

Sono pregati i nostri abbonati, ai quali scade l'abbonamento col prossimo mese di dicembre 1927, e che vogliono rinnovarlo, di farlo al più presto possibile, affinchè non sia loro ritardata la spedizione dei fascicoli del 1928, anno XX, volume XX.

Nel rinnovare il loro abbonamento sono pure pregati di volerci inviare la fascetta con la quale ricevono il fascicolo, ovvero ricopiare i numeri che precedono il nome.

Nos abonnés, dont l'abonnement finit en décembre 1927, et qui désireraient le renouveler, sont priés de le faire au plus-tôt, afin qu'il n'y ait pas de retard dans l'envoi des fascicules de 1928, XX^e année, volume XX^e.

Ils sont priés également de vouloir bien, en renouvelant leur abonnement, envoyer la bande sous laquelle ils reçoivent les fascicules, ou recopier les numéros qui précèdent leur nom.

Annus XIX - Vol. XIX 22 Decembris 1927 Num. 14

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XI

SACRUM CONSISTORIUM

I

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die XIX Decembris MDCCCCXXVII, in Palatio Apostolico Vaticano fuit *Consistorium secretum*, cuius acta ex ordine referuntur:

I. – ALLOCUTIO SSMI DOMINI NOSTRI
CREATIO ET PUBLICATIO PATRUM CARDINALIUM

VENERABILES FRATRES

Quas vestrum idemque Nostrum — utpote Nobis apprime coniunctum — Sacrum Conlegium fecit, hoc anno vertente qui est in exitu, iacturas, eae quidem tam multae tamque magnae fuerunt, ut hoc totum, quamvis exiguum, tempus, cum sollemne Nobis est vos alloqui, non possimus non dare dolori declarando, quem paterno animo Nostro et suo quaeque tempore pepererunt et universae hodie afferunt vehementiorem.

Aliae profecto non desunt longinquae propinquae vel maerendi causae vel laetandi, quae et in hoc amplissimo consessu dignae memoratu videntur, et quarum fortasse multi a Nobis hic commemorationem exspectant. Verum, cum facultas atque occasio de iis ipsis rebus loquendi vel scribendi aliquando dabitur, tum

cogitationes pressius ad [se revocent Nostras tot lectissimae animae, quarum consuetudine Nobis usque dudum frui ac delectari licuit. Etenim Patribus Cardinalibus quattuor morte sublatis viduatae sunt totidem Archiepiscopales Sedes, quae quidem inlustres cum essent ac praestantissimae, inlustriores eas effecere et egregiis animi sui laudibus et pastoralis studii sui operibus ac beneficiis conlegae vestri; quibus, uti viventibus cum episcoporum cuiusque suorum existimatio et caritas, tum grata populi sui voluntas et amor perpetuo constitit, sic vita functis communis omnium comploratio comitata est.

Atque hoc ipso temporis spatio tres de vestro Conlegio in Romana Curia desiderati sunt, quorum obitum eo vehementius doluimus ac dolemus, quo a Nobis propius operam exegere suam et quo clariores, in mortalis vitae cursu atque exitu, observantiae ac pietatis, qua Nos prosequebantur, ediderunt exhibueruntque significationes. Quos quidem et dilectos filios Nostros et conlegas vestros memori piaque mente complectimur ac complexuri sumus, Deum benignissimum rogantes, velit triumphantis Ecclesiae impertiri iis gloriam ac beatitatem, quos, sibi tam fideliter servientes, inter principes Ecclesiae militantis in terris collocaverat.

Aliam praeterea iacturam, eamque haud ita levem, tum fecit amplissimus Ordo vester, cum sacrâ se Purpurâ abdicavit eminentissimus ille vir, Ludovicus Billot, qui, idcirco, unde ad vos venerat, eo religiosam repetiturus vitam reversus est, ad gloriosam, dicimus, praeclareque de Ecclesia Sancta Dei meritam, Societatem Iesu. Quas vero ille – cum manu ad Nos sua scripsit ut excelsae dignitatis dimittendae sibi veniam faceremus — attulit abdicationis causas, adeo Nobis visae sunt generosae ac spirituales, adeoque gravibus in adiunctis propositae, ut, re diu multumque vel inter orandum perpensa, officio consentaneum Nostro duxerimus, abdicationem eiusmodi ratam habere et ad effectum perducere; in quo navarunt operam Nobis suam Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis et Praepositus generalis eiusdem Societatis, opportunas ad perpetuam rei memoriam conficiendo,

de expresso mandato Nostro, litteras, quas cum perlegissemus et probavissemus, die XXI mensis Septembris hoc anno datas sigilloque obsignatas Nostro, Cardinalis et Praepositus sua ipsi manu subscripsere.

Postulat igitur tanta haec conlegarum vestrorum amissio, ut numerum vestrum, Venerabiles Fratres, dignorum cooptatione virorum suppleamus; Romanâ autem Purpurâ honestare placet lectissimos viros quinque, ob multiplicis doctrinae laudem, ob negotia Ecclesiae recte gesta ob actuosamve episcopalis muneris perfunctionem et omnibus commendabiles et Nobis probatissimos.

Hi sunt:

ALEXIUS HENRICUS LÉPICIER, Archiepiscopus titulo Tarsensis;

RAYMUNDUS MARIA ROULEAU, Archiepiscopus Quebecensis;

PETRUS SEGURA Y SAENZ, Archiepiscopus Burgensis, ad Sedem Toletanam mox transferendus;

CAROLUS IOSEPH HENRICUS BINET, Archiepiscopus Bisuntinus;

IUSTINIANUS SERÉDI, electus Archiepiscopus Strigoniensis.

Quid vobis videtur?

Itaque, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, creamus et publicamus S. R. E. Cardinales

Ex Ordine Presbyterorum

ALEXIUM HENRICUM LÉPICIER,
RAYMUNDUM MARIAM ROULEAU,
PETRUM SEGURA Y SAENZ,
CAROLUM IOSEPHUM HENRICUM BINET,
IUSTINIANUM SERÉDI.

Cum dispensationibus, derogationibus et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pa ✠ tris et Fi ✠ lii et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Reliquum est ut episcoporum ordinem suppleamus.

II. – PROVISIO CANCELLARIATUS S. R. E. – OPTIO TITULI

Tum Beatissimus Pater ad officium Cancellarii S. R. E. renunciavit Revm̃um Andream S. R. E. Cardinalem Frühwirth.

Hic vero Rm̃us Cardinalis Frühwirth, dimissa diaconia Sanctorum Cosmae et Damiani, data ei in titulum, instanter optavit titulum Sancti Laurentii in Damaso, quem Ssm̃us Dominus illi benigne concessit.

III. – PROVISIO ECCLESIARUM

Postea Sanctissimus Dominus Noster sequentes proposuit Ecclesias:

Metropolitanae Ecclesiae Toletanae Archiepiscopum constituit R. P. D. Petrum Segura y Saenz, hactenus Archiepiscopum Burgensem, nuper ad dignitatem Cardinalitiam evectum.

Patriarchali titulari Ecclesiae Constantinopolitanae, praefecit R. P. D. Antonium Anastasium Rossi, hactenus Archiepiscopum Utinensem.

Cathedrali Ecclesiae Ratisbonensi, R. P. D. Michaelem Buchberger, hactenus Episcopum titularem Athribitanum.

Cathedrali Ecclesiae Scrantonensi, R. D. Thomam O'Reilly, rectorem paroeciae cathedralis Clevelandensis.

Cathedrali Ecclesiae Xylopolitanae, R. D. Eduardum Kelly, Cancellarium Curiae episcopalis Bakeriensis.

Cathedrali Ecclesiae Trecensi, R. D. Mauritium Feltin, parochum decanum ad S. M. Magdalenae in civitate Bisuntina.

Titulari episcopali Ecclesiae Thasensi, R. D. Franciscum Iohannes, parochum ecclesiae Immaculatae Conceptionis B. M. V. in civitate episcopali Sancti Iosephi, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannis Ward, Episcopi Leavenworthiensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Eumenensi, R. D. Ioannem Mac Namara, parochum ecclesiae S. Gabrielis in civitate Washingtonia quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Michaelis Iosephi Curley, Archiepiscopi Baltimorensis.

Titulari episcopali Ecclesiae Camachensi, R. D. Leonem Wetmański, moderatorem spiritus in Seminario Plocensi, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Antonii Iuliani Nowowiejski, Episcopi Plocensis.

Insuper alios etiam per Apostolicas sub plumbo Litteras iam renunciatos Sacrorum Antistites publicavit videlicet

ARCHIEPISCOPOS:

Sanctae Severinae, Antonium Galati, iam Episcopum Oppidensem.

Pelusiotam, Placidum Angelum Rey Lemos, iam Episcopum Lucensem.

Darensem, Iosephum M. Le Gouaze, Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Iuliani Gulielmi Conan, Archiepiscopi Portus Principis.

Ephesinum, Valerium Valeri, Delegatum Apostolicum in Aegypto et in Arabia.

Bisuntinum, Carolum Iosephum Henricum Binet, iam Episcopum Suessionensem.

Corinthiensem, Hectorem Felici, Apostolicum Nuntium apud Rempublicam Chilenam.

Strigoniensem, Iustinianum Serédi.

Compostellanum, Zachariam Martinez y Nuñez, iam Episcopum Victoriensem.

EPISCOPOS:

Giblatariensem, Richardum Fitzgerald.

Dadimensem, Iosephum a Iesu Lopez, Auxiliarem R. P. D. Ignatii Valdespino y Diaz, Episcopi de Aguas Calientes.

Paranensem, Iulianum Martinez.

Cordubensem in America, Firminum Lafitte.

Catamarcensem, Innocentium Davila y Matos, iam Episcopum Ostracinitensem.

Sancti Iacobi de Extero, Audinum Rodriguez.

Laudensem, Petrum Calchi-Novati, iam Episcopum Bobiensem.

Anagninum, Gaudentium Manuelli.

Selinuntinum, Iosephum Dinand, Vicarium Apostolicum Iamaicae.

Poonensem, Henricum Doering, iam Episcopum Madytensem, titulo Archiepiscopi ad personam retento.

de Fukuoka, nuper erecta dioecesi, Ferdinandum Thiry.

Thermopylensem, Henricum Thompson, iam Episcopum Giblatariensem.

Oleastrensem, Iosephum Miglior.

Nagasakiensem, Ianuarium Hayasaka.

Myrinensem, Eduardum Galvin, Vicarium Apostolicum de Hanyang.

Ostracinitensem, Alexandrum Berlioz, iam Episcopum Hakodatensem.

Sancti Severini, cum administratione perpetua dioecesis *Treiensis*, Vincentium Migliorelli, iam Episcopum Nursinum.

Neritonensem, Caietanum Müller, Episcopum Gallipolitanum, propter unionem *in personam* cum dioecesi Gallipolitana.

Policastrensem, Franciscum Cammarota, Episcopum Caputaquensem-Vallensem, propter unionem *in personam* cum dioecesi Caputaquensi-Vallensi.

Oppidensem, Ioseph Antonium Caruso, iam Episcopum Cariatensem.

Attaetanum, Franciscum Devoto, Auxiliarem R. P. D. Iosephi Bottaro, Archiepiscopi Bonaerensis.

Calaguritanum et Calceatensem, Fidelem Garcia Martinez, iam Episcopum Ippensem et Administratorem Apostolicum earumdem Ecclesiarum.

Diocaesariensem, Simonem Laurentium Salvi, Abbatem Ordinarium Sublacensem.

Ippensem, Ioannem Baptistam Peterson, Auxiliarem Emi P. Gulielmi S. R. E. Cardinalis O'Connell, Archiepiscopi Bostoniensis.

Changanacherrensem, ritus syro-malabarici, Iacobum Kalacherry.

Iaciensem, Evasium Colli.

Helenopolitanum, Michaelem Thomam Labrecque, iam Episcopum Chicoutimiensem.

Hieropolitanum, Nicanorem Mutiloa, Administratorem Apostolicum Barbastrensem.

Collensem, Ludovicum Ferretti.

Wladislaviensem, Wladislaum Krynicki, iam Episcopum Achantinum.

Cauriensem, Dionysium Moreno y Barrio.

Denique Beatissimum Pater confirmare Se dixit ac ratam habere electionem canonice factam R. D. Iosephi Rabbani ad cathedralem Ecclesiam Hemesensem syrorum, et designationem R. P. D. Petri Aziz Hoh, Episcopi Arandensis in Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Timothei Ieremiae Makdassi, Episcopi Zachuensis Chaldaeorum.

II

CONSISTORIUM PUBLICUM

Feria V, die 22 Decembris in aula supra porticum Basilicae Vaticanae, fuit Consistorium publicum, in quo Beatissimus Pater sollemni ritu pontificalem rubrum Galerum tradidit Eño ac Revño Patri

AUGUSTO HLOND, a Se declarato die XXV superioris mensis Iunii;

itemque Eñis ac Revñis Patribus:

ALEXIO LÉPICIER,

RAIMUNDO MARIA ROULEAU,

CAROLO IOSEPHO HENRICO BINET,

IUSTINIANO SERÉDI, quos creaverat et publicaverat S. R. E. Cardinales in superiori secreto Consistorio.

Interim per Advocatum Sacri Consistorii Franciscum Pacelli tertia vice fiebat peroratio Causae beatificationis et canonizationis Servi Dei Contardi Ferrini, laici, professoris in Universitate Papiensi.

III

CONSISTORIUM SECRETUM

I. – ORIS CLAUSIO

Potsmodum vero, eadem die, in consueta aula Sacri Palatii Apostolici, fuit Consistorium secretum, in quo Beatissimus Pater, os imprimis clausit Cardinalibus Hlond, Lépicier, Rouleau, Binet et Serédi, deinde sequentes proposuit Ecclesias:

II. – PROVISIO ECCLESIARUM

Metropolitanae Ecclesiae Sancti Salvatoris in America, praefecit R. P. D. Alfonsum Belloso, hactenus Episcopum titularem Sozusensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Troadensi, R. P. D. Ambrosium Luddi, hactenus Episcopum Assisiensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Vagensi, R. P. Theodorum Spruit, ex O. F. M., quem deputavit Vicarium Apostolicum de Luan-fu.

Titulari episcopali Ecclesiae Amyzonensi, R. P. Gabrielem Perlo, ex Instituto a Consolata pro missionibus exteris, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Mogadiscio, nuper erecto vicariatu.

Titulari episcopali Ecclesiae Midilensi, R. D. Ioannem O'Shea, e Congregatione Missionis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Pauli M. Dumond, Vicarii Apostolici de Kanchow.

III. – ASSIGNATIO TITULORUM

Provisione autem Ecclesiarum expleta, SSmus Dñus Noster os aperuit Cardinalibus Hlond, Lépicier, Rouleau, Binet et Serédi ut in Consistoriis, Congregationibus aliisve coetibus cardinalitiis suas dicere possint sententias: eisdem tradidit Anulum singulisque titulos assignavit, nimirum:

Augusto Card. Hlond, *S. Mariae de Pace.*

Alexio Card. Lépicier, *S. Susannae.*

Raimundo Card. Rouleau, *S. Petri in Monte Aureo.*

Carolo Iosepho Henrico Card. Binet, *S. Priscae.*

Iustiniano Card. Serédi, *SS. Andreae et Gregorii ad Clivum Scauri.*

IV. – POSTULATIO PALLIORUM

Tum Emus ac Rmus D. Cardinalis Binet postulavit Pallium pro metropolitana Ecclesia *Bisuntina;* Emus et Rmus D. Card. Serédi, pro metropolitana Ecclesia *Strigoniensi;* Emus ac Rmus D. Card. Merry del Val, nomine et vice Rmi Card. Segura y Saenz, pro Ecclesia metropolitana *Toletana.*

Postea vero postulatio pallii peracta est Ecclesiarum archiepiscopalium *Emeritensis in Indiis* per successionem, *Florianopolitanae*, per elevationem ad sedem metropolitanam, *S. Severinae*, *Compostellanae*, *S. Salvatoris in America;* atque, ex privilegio, episcopalium Ecclesiarum *Anagninae*, *Tarbiensis et Lourdensis.*

Quibus postulationibus SSmus Dñus Noster benignissime adnuit.

EPISTOLA

AD R. P. D. ANTONIUM ANASTASIUM ROSSI, ARCHIEPISCOPUM UTINENSEM

Venerabile Fratello, salute ed apostolica benedizione. — Più d'una volta in questi ultimi tempi Ella Ci rappresentava le difficoltà sempre rinascenti nell'esercizio dello zelante ed operoso ministero pastorale e del governo della sua vasta ed illustre Archidiocesi di Udine; e tali difficoltà Le si facevano talmente sentire da muoverLa a proporCi le sue dimissioni dalla detta sede. Noi, dopo accurato studio della situazione, e dopo avere lungamente riflettuto e pregato, volendo ad un tempo, e tener conto delle condizioni delle cose, e mostrare a Lei la benevolenza in cui Noi l'abbiamo, e la stima che facciamo delle sue egregie doti e delle sue benemerenze pastorali, abbiamo deliberato di chiamarla a lavorare vicino a Noi, promuovendoLa al vacante Patriarcato di Costantinopoli; promozione che Le abbiamo già anche di viva voce comunicato e della quale faremo la preconizzazione nell'ormai imminente Concistoro.

In auspicio delle più elette grazie del Signore, Le impartiamo ben di cuore, Venerabile Fratello, la Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, li 18 Dicembre 1927.

PIUS PP. XI

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DAMNATUR LIBER LEONIS DAUDET CUI TITULUS: « LE VOYAGE DE SHAKESPEARE ».

DECRETUM

Emi ac Revmi Dni Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, in ordinario consessu, habito feria IV, die 14 Decembris 1927, ad praescriptum canonis 1399 Codicis iuris canonici ipso iure damnatum esse declararunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt librum novissime editum, cui titulus: « LÉON DAUDET, *Le Voyage de Shakespeare.* Illustrations de G. Gorr. Editions du Capitole » una cum praecedentibus eiusdem libri editionibus.

Et insequenti feria V, die 15 dicti mensis et anni, SSmus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 16 Decembris 1927.

Aloisius Castellano, *Supremae S. C. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dñus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

30 Novembris 1927. — Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensi praefecit R. P. Iustinianum Georgium Serédi, Procuratorem generalem Congregationis Hungaricae O. S. B.

2 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae, R. P. D. Zachariam Martinez y Nuñez, hactenus Episcopum Victoriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Cauriensi, R. D. Dionisium Moreno y Barrio, parochum ad S. Marinae in civitate Legionensi.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dominus Noster Pius, divina Providentia Papa XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, dato die 29 Octobris 1927, praeficere dignatus est Ecclesiae Changanacherrensi syrorum malabarensium, R. D. Iacobum Kalacherry.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA PENITENZIERIA APOSTOLICA

AVVISO DI CONCORSO

Nel Tribunale della Sacra Penitenzieria Apostolica avrà luogo il concorso per l'ufficio di Archivista.

I sacerdoti che volessero prendervi parte dovranno esibire alla Segreteria dello stesso Sacro Tribunale, dentro il mese di Gennaio 1928, la domanda corredata del « Nulla osta » del rispettivo Ordinario e del Vicariato di Roma insieme ai documenti degli studi ecclesiastici compiuti, dei gradi accademici conseguiti e di altri titoli.

Si terrà in particolare considerazione la conoscenza di lingue estere e la frequenza ad un corso di archivistica.

Per essere ammessi all'esame è necessario che i concorrenti, fatta eccezione per quelli che già appartengono a qualche dicastero della Curia Romana, abbiano raggiunto gli anni 30 di età e non oltrepassato gli anni 35.

Il concorso consisterà in una prova scritta ed orale su temi di teologia morale e diritto canonico, ed avrà luogo nella Segreteria della Sacra Penitenzieria (Piazza S. Ufficio 1) alle ore 8 del giorno 4 Febbraio per l'esame scritto, ed alle ore 9,30 del giorno 7 del detto mese per l'orale.

Dalla Segreteria della Sacra Penitenzieria, 23 Dicembre 1927.

Mons. Salvatore Luzio, *Reggente*.

SEGRETERIA DI STATO

CONGREGAZIONI ASSEGNATE AI NOVELLI CARDINALI

Con Biglietti della Segreteria di Stato, in data 22 Dicembre, la Santità di Nostro Signore si è benignamente degnata di assegnare: all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Augusto Hlond, Arcivescovo di Gnesna e Posnania, le Sacre Congregazioni del *Concilio*, dei *Riti* e dei *Seminari ed Università degli Studi;*

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, le Sacre Congregazioni del *Sant'Uffizio*, della *Concistoriale* e dei *Riti;*

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Raimondo M. Rouleau, Arcivescovo di Québec, le Sacre Congregazioni *Concistoriale*, dei *Religiosi* e della *Reverenda Fabbrica di San Pietro;*

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Enrico Carlo Giuseppe Binet, Arcivescovo di Besançon, le Sacre Congregazioni dei *Sacramenti*, del *Concilio* e della *Reverenda Fabbrica di San Pietro;*

all'Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Giustiniano Serédi, Arcivescovo di Strigonia, le Sacre Congregazioni del *Concilio*, degli *Affari Ecclesiastici Straordinari* e dei *Seminari ed Università degli Studi.*

NECROLOGIO

7 Ottobre 1927. Monsig. Bernardino Nozaleda, Arciv. tit. di Petra.

I

INDEX GENERALIS ACTORUM

(An. XIX — Vol. XIX)

I. - ACTA PII PP. XI.

Motu Proprio, 329, 393.

Chirographi, 5, 41.

Constitutiones Apostolicae, 81, 121, 169, 201, 265, 297, 331, 361, 394.

Litterae Apostolicae, 13, 47, 85, 128, 176, 245, 267, 299, 337, 373, 395.

Epistolae, 16, 52, 90, 131, 181, 205, 251, 271, 307, 340, 410.

Sacrum Consistorium, 234, 437.

Homilia, 379.

Declaratio, 185.

Conventiones, 9, 10.

II. - ACTA SS. CONGREGATIONUM

Suprema Sacra Congregatio S. Officii, 186, 278.
Proscriptio librorum, 347, 446.

Sacra Congregatio Consistorialis:
Documenta, 19, 55, 97, 189, 207.
De finibus dioecesium. 19, 189, 208, 279, 412.
Provisio Ecclesiarum, 56, 98, 137, 190, 209, 280, 315, 347, 381, 413, 447.
Designationes, 56, 347, 413.
Notificationes, 21, 413.

Sacra Congregatio Concilii, 99, 138, 281, 415.

Sacra Congregatio de Religiosis:
Documenta, 138.
Approbationes, 21, 139, 253, 315.

S. Congregatio de Propaganda Fide:
Provisio Ecclesiarum, 101, 191, 281.
Nominationes, 22, 101, 139, 191, 209, 282, 348.
Approbationes, 192.
Designationes, 22, 348.

Sacra Congregatio Rituum:
Decreta liturgica, 23, 109, 154, 192, 286, 381.
Decreta in causis Servorum Dei, 57, 102, 140, 210, 254, 283, 316, 349, 416.

Sacra Congregatio Caeremonialis, 382.

Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus, 194.

Sacra Congr. pro Ecclesia Orientali, 323, 447.

III. - ACTA TRIBUNALIUM

Sacra Poenitentiaria Apostolica:
Documenta, 157.
Officium de indulgentiis, 32, 159, 417.

Sacra Romana Rota:
Sententiae, 217.
Index sententiarum, 62.
Index decretorum vim definitivam habentium, 73.

Citationes edictales, 76, 195, 324.
Anni iuridici auspicatio, 354.

IV. - ACTA OFFICIORUM

Pont. Commissio de Re Biblica, 160.

Pont. Commissio ad Codicis canones authentice interpretandos, 161.

APPENDIX

Vicariatus Urbis, 418.

Diarium Curiae Romanae:

Audientiae solemniores, 78, 290, 327, 354, 389, 448.
Monita seu notificationes, 34, 112, 281, 290, 327, 389.
Congregationes Ss. Rituum, 34, 78, 112, 162, 197, 228, 261, 327, 389, 419.
Nominationes, * 36, 79, 113, 163, 229, 261, 292, 327, 356, 389, 420.
Necrologium, 40, 80, 120, 168, 200, 232, 264, 296, 328, 360, 392, 424.

* Ad inquirentium commodum haec sit distincta recensio:

PP. Cardinalibus concreditae Protectoriae: 36, 112, 164, 197, 261, 356, 389, 421.

PP. Cardinales dati SS. Consiliis: S. C. S. Officii, 356, 448; S. C. Consistoriali, 291, 448; S. C. de Sacramentis, 36, 79, 291; S. C. Concilii, 36, 79, 448; S. C. de Religiosis, 79, 197, 292, 448; S. C. de Propaganda Fide, 291; S. C. Rituum, 164, 448; S. C. de Seminariis et de Studiis, 291, 327, 448; S. C. a Negotiis Eccl. Extraordinariis, 79, 163, 291, 448; S. C. pro Eccl. Orientali, 79, 164; R. F. S. Petri, 291, 448; S. Poenitentiariae Ap., 328; Commiss. Praeservationis Fidei, 327.

Consultores deputati: S. C. de Sacramentis, 163, 420; S. C. de Religiosis, 36, 197; S. C. de Propaganda Fide, 163; S. C. pro Eccl. Orientali, 164, 327, 421; Commiss. de Fidei praeservatione, 327.

Officiales renunciati: in S. C. Rituum, 164; in S. R. Rota, 389; in Nunciaturis, ac Delegationibus, 36, 164, 197, 229, 292; in aliis Officiis, 79, 161, 292, 356, 389.

Episcopi Assistentes Solio: 37, 164, 197, 229, 292, 357.

Protonotarii Apostolici, de numero; 113; *ad instar:* 37, 80, 113, 164, 198, 229, 261, 292, 357, 390, 421.

Praelati Domestici: 37, 80, 113, 164, 198, 229, 261, 292, 357, 390, 421.

Cubicularii secreti supra numerum: 39, 79, 118, 167, 200, 232, 263, 295, 328, 359, 391, 423.

Cubicularii honoris in habitu: 40, 118, 167, 200, 232, 264, 295, 328, 360, 392, 424.

Cubicularii honoris extra Urbem: 68, 200, 264. 296, 328, 360.

Cubicularii secreti ab ense et lacerna s. n.: 40, 118, 167, 200, 232, 264. 295, 392, 424.

Cubicularii honoris ab ense et lacerna, 40, 118, 200, 232, 264, 296, 360, 424.

Cappellani secreti honoris: 40, 120, 200, 232, 328, 424.

Cappellani honoris extra Urbem: 40, 120, 168, 232.

Cappellani communes: 120, 164.

Ex Militia Aurata: 114.

Ex Ordine Piano: Gran Croci, 114, 422; Placca, 114, 230; Commendatori, 114, 198, 230, 262; Cavalieri, 37, 114, 230, 293, 422.

Ex Ordine S. Gregorii Magni: Gran Croci, cl. civ., 114, 165, 197, 230, 262, 293, 358, 390, 422; Placca, cl. civ., 37, 115, 165, 199, 262; Commendatori con placca, 115, 294, 390; Commendatori, cl. civ., 37, 115, 165, 199, 230, 262, 294, 388, 422, cl. mil., 115, 231, 262, 390; Cavalieri, cl. civ., 37, 116, 165, 199, 231, 262, 294, 358, 391, 422; cl. mil., 116, 231, 391.

Ex Ordine S. Silvestri Papae: Gran Croci, 116, 359, 423; Commendatori con placca, 38, 117, 423; Commendatori, 39, 117, 166, 199, 231, 263, 294, 359, 391, 423; Cavalieri, 39, 117, 166, 199, 231, 263, 295, 359, 391, 423.

II

INDEX DOCUMENTORUM
CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I. – ACTA PII PP. XI

I. – Motu proprio

1927	Sept.	24	*Inde ab inito.* – De Cardinali Sacrae Congregationi de Seminariis Studiorumque Universitatibus Praefecto pro tempore inter Patres Cardinales Sacrae Congregationis S. Officii et Pontificalis Commissionis pro Studiis Biblicis cooptando	329
»	Nov.	4	*Cum decessor.* – De sede Sacrae Congregationis de Seminariis atque Studiorum Universitatibus	393

II. – Constitutiones Apostolicae

1925	Iulii	24	*Ad sacram Petri Sedem.* – Dismembrationis et erectionis dioecesis Brigantiensis in Brasilia	368
1926	Maii	10	*Quum in dies.* – Dismembrationis et erectionis provinciae ecclesiasticae Curitybensis in Brasilia	81
»	Iunii	3	*Nostri pastoralis officii.* – Erectionis paroeciae S. Benedicti extra portam S. Pauli de Urbe	122
»	»	21	*Ea est in praesenti.* – Dismembrationis et erectionis dioecesis Cafaelandensis in Brasilia	370
»	Aug.	3	*Pastoris aeterni vices.* – Dismembrationis et erectionis dioecesis Amarillensis.	169
»	Oct.	2	*Ad culmen Apostolicae.* – Erectio paroeciae Ss. Angelorum Custodum in regione « Monte Sacro »	123
»	»	13	*Regis Pacifici.* – Erectio paroeciae Sacri Cordis Iesu Christi Regis	125
1927	Ian.	17	*Inter praecipuas.* – Dismembrationis et erectionis novae provinciae ecclesiasticae Florianopolitanae	172
»	»	28	*Pro Apostolico.* – Dismembrationis et aggregationis, inter dioec. Patavin. et Vicentin.	265
»	Febr.	11	*Summi Pontificis.* – De regimine abbatiae SS. Vincentii et Anastasii ad Aquas Salvias	203
»	»	14	*Ob nova.* – Dismembrationis et unionis inter dioecesis Tarvisinae et Venetiarum	297

1927	Febr.	25	*Romani Pontifices.* – Dioecesis Lunensis-Sarzanensis provinciae ecclesiasticae Ianuensi addicitur	201
»	Iunii	5	*Commissum supremo.* – De erectione sedis Catacensis in archiepiscopalem	394
»	»	»	*Supremi pastoralis.* – Sedis episcopalis Oleastrensis translatio ad civitatem Lanusei.	331
»	»	20	*Ad rectum.* – Sedis episcopalis Boianensis translatio ad civitatem Campobasso	332
»	Aug.	5	*Nostrarum partem.* – De erectione et regimine Pontificii Seminarii Maioris a Sacratissimo Corde Iesu in Sardinia	334
»	Oct.	4	*Rerum condicio.* – De approbatione Regulae Tertii Ordinis Regularis Seraphici Patris S. Francisci	361

III. – Litterae Apostolicae

1923	Iunii	12	*Cum auctus.* – Erigitur in Indiis Orientalibus nova dioecesis Calicutensis e dismembratione dioecesis Mangalorensis	39c
»	»	12	*Cum religio.* – Dismembrata dioecesi Trichinopolitana, erigitur nova dioecesis Tuticorinensis in Indiis Orientalibus	397
1925	Oct.	31	*De more Romanorum Pontificum.* – Erigitur Internuntiatura Apostolica de Lettonia	245
1926	Iulii	12	*Cum Nobis.* – Ex dismembratione vicariatus apostolici de Taynanfu erigitur in Sinis praefectura apostolica de Shohchow	85
»	»	14	*Metropolitanum Anconae.* – Titulus et privilegia Basilica minoris conferuntur metropolitanae ecclesiae S. Cyriaci Ep. M. Anconae, sacris reliquiis et prodigiis praeclarae	13
»	»	»	*Beatissima Virgo.* – Templum B. M. V. a Mercede sacrum in civitate Cordubensi Americae, ad Basilicae minoris honores extollitur	15
»	»	20	*De regulari Religiosorum.* – Adprobantur auctoritate apostolica Ordinis Hospitalarii Sancti Ioannis de Deo constitutiones ad normam Codicis revisae	176
»	»	»	*Potiora inter.* – Sanctuarium B. M. V. a Victoria, in civitate de Lackawanna dioecesis Buffalensis intra fines, Basilicae minoris titulo et privilegiis augetur	86
»	»	21	*Compertum plane Nobis.* – Princeps S. Marini templum in cognomine Republica honoribus et privilegiis Basilicae minoris augetur	47
»	»	28	*Cum etiam.* – E vicariatu apostolico Novae Antuerpiae dismembrato territorio erigitur praefectura apostolica de Basankusu in Congo Belgico	48
»	»	»	*Quae catholico nomini.* – Facta dismembratione territorii e vicariatu apostolico de Nyassa et aggregatione praefecturae apostolicae Zambesiae, communis limes innovatur	49

1926	Aug.	5	*Reipublicae de Venezuela.* – Templum sive sanctuarium Nationale Eucharisticum a Sancta Cappella, in urbe Caracensi, privilegiis Basilicae minoris augetur . . .	409
»	»	7	*Constat apprime.* – Monasterium a S. Erentrude, monialium O. S. B. prope Kellenried in dioecesi Rottemburgensi, in abbatiam sui iuris erigitur	50
»	»	10	*Supremi apostolatus* – E vicariatu apostolico de Ning-po separato territorio erigitur vicariatus apostolicus de Taichow in Sinis, committendus Patribus sinensibus e Congr. Missionis a S. Vincentio de Paulo	51
»	»	11	*Ut, aucto.* – Distracto territorio e vicariatu apostolico Nankinensi erigitur vicariatus de Haimen in Sinis, clero indigenae committendus	88
»	»	»	*Quae catholico nomini.* – Immutatur nomen praefecturae apostolicae de Cook et Manihiki	128
»	»	12	*Incliti sancti Benedicti.* – Templum abbatiale S. Mariae ad Lacum, O. S. B., dioecesis Trevirensis intra fines, ad honores Basilicae minoris evehitur	179
»	»	31	*Exstat prope urbem.* – Sanctuarium D. N. I. C. a Bono fine, in archidioecesi SS. Salvatoris de Bahia, Basilicae minoris titulo augetur	246
»	Sept.	24	*Lapurdense templum.* – Ecclesia sacratissimi Rosarii B. M. V. Lapurdi exstans sub principe templo Basilicae minoris honoribus augetur	129
»	Dec.	14	*Cum ex apostolico munere.* – Immutatur nomen vicariatus apostolici de Uellé Orientali	130
1927	Ian.	31	*Regiones.* – Erectio Internuntiaturae Apostolicae in republica Lithuana	247
»	Febr.	3	*Divinitus nobis.* – Erectio vicariatus apostolici de Cyrenaica, et immutatio nominis vicariatus Lybiae . . .	89
»	»	»	*Non sine.* – Praefectura apostolica de Kong-moon in Sinis ad vicariatum apostolicum evehitur	130
»	»	5	*Quae rei sacrae.* – Erectio praefecturae apostolicae de Sarawak, immutato nomine veteris praefecturae de Labuan et Borneo septentrionali	248
»	Martii	12	*Exstat Parisiensi.* – Templum Dominae Nostrae a Victoriis, Lutetiae Parisiorum, titulo ac privilegiis Basilicae minoris honestatur	249
»	»	15	*Quae ad rei.* – Nova delimitatio inter vicariatus apostolicos de Mackenzie et de Athabaska, qui est in posterum de Grouard denominandus	268
»	»	16	*In omnes catholici.* – Immutatio finium inter vicariatum apostolicum de Orange et praefecturam apostolicam districtus centralis Promontorii Bonae Spei	268
»	»	17	*Quae fidelium.* – Distracto territorio e vicariatu apostolico de Seoul erigitur praefectura apostolica de Hpyeng-an in Corea	269
»	»	18	*Aucto pastorum.* – Dismembratio et erectio praefecturae apostolicae de Kagoshima in Iaponia	270
»	Apr.	7	*Quae in exploratam.* – Finium immutatio inter praefecturas apostolicas de Lulua et Katanga in Congo Belgico . .	299

1927	Apr.	23	*Sacra aedes.* – Titulus et honores Basilicae minoris conceduntur ecclesiae S. Francisci Ass. civitatis Mendoza, in dioecesi Sancti Ioannis de Cujo	300
»	»	27	*Non sine magna.* – Praefectura apostolica de Lang-Long in Sinis erigitur in vicariatum apostolicum	301
»	»	»	*In omnes orbis.* – Seiuncto territorio e vicariatu apostolico Birmaniae orientalis erigitur praefectura apostolica de Keng-Tung	302
»	»	»	*In universas orbis.* – Immutatio nominis vicariatus apostolici iam Birmaniae orientalis, in posterum de Toungoo appellandi	303
»	»	»	*Nihil antiquius.* – Separato territorio e vicariatu apostolico de Batavia erigitur praefectura apostolica de Malang	304
»	»	»	*In hac Beati Petri.* – Novus limes inter vicariatum apostolicum de Leopoldville et praefecturam apostolicam de Coquilhatville, in Congo Belgico	305
»	»	»	*Quae catholico.* – Immutatio finium inter vicariatum apostolicum de Nova Guinea orientali et praefecturam apostolicam de Nova Guinea centrali	306
»	Maii	11	*In Urbis ecclesia.* – Laudatur Romana a B. M. V. de salute ac Ss. Ioseph et Camilli archisodalitas, cuius privilegia atque indulgentiae confirmantur et ampliantur . . .	398
»	»	»	*In Comensis dioecesis.* – Basilicae minoris honoribus condecoratur sanctuarium B. M. V. ab apparitione, in oppido Tirano, Comensis dioecesis	337
»	»	20	*Allatum Nobis.* – Ecclesia Ordinis Praedicatorum Deiparae Virgini a Rosario sacra, O. P. Viennae exstans privilegiis et honoribus Basilicae minoris augetur . .	339
»	»	21	*Constat apprime.* – Ecclesia abbatialis titulo Sancti Huberti in cognomine civitate, dioecesis Namurcensis intra fines, ad honores Basilicae minoris extollitur . . .	399
»	»	25	*Supremi apostolatus.* – Separato territorio e dioecesi Krishnagarensi erigitur in India dioecesis de Dinajpur . . .	373
»	»	»	*In illis christiani.* – Ex parte territorii dioecesis Dacchensis in Indiis nova erigitur dioecesis de Chittagong . .	374
»	»	»	*In omnes christiani.* – Erigitur in territorio archidioeceseos Calcuttensis in Indiis nova dioecesis de Ranchi	375
»	Iulii	9	*Gestarum rerum.* – Ecclesia Omnium Sanctorum penes Bohemo-Lipam, O. E. S. Augustini, dioecesis Litomericensis intra fines, honoribus Basilicae minoris augetur	401
»	»	14	*Ex hac sublimi.* – Distracto territorio ex praefectura apostolica de Zambesia, in posterum de Salisbury denominanda, erigitur praefectura apostolica de Broken Hill in Africa Meridionali	376
»	»	»	*Quae catholico.* – Fines reguntur inter dioeceses Tuticorinensem et Trichinopolitanam in Indiis.	402
»	»	»	*Venerabilis frater.* – Praefectura apostolica de Hanyang in Sinis erigitur in apostolicum vicariatum	404
»	»	»	*Expedit ut.* – Distracto territorio e vicariatu apostolico Nili Aequatorialis erigitur praefectura apostolica de Bahr-el-Gebel	405

1927 Iulii 16 *Catholicae Fidei.* – Dismembrata dioecesi de Nagasaki clero indigenae committenda, erigitur dioecesis de Fukuoka in Iaponia 377

» » 20 *Sanctae Teresiae.* – Novum templum in civitate Sancti Sebastiani Fl. Ian. Deo sacrum in honorem S. Teresiae a puero Iesu, honoribus Basilicae minoris decoratur . . 406

» » 27 *In « loco Mariae ».* – Ecclesia B. M. V. in Marienstatt, intra fines dioecesis Limburgensis, Ord. Cisterciensium, titulo et privilegiis Basilicae minoris augetur 407

IV. – Chirographis

» Ian. 5 *C'est de tout cœur.* – Ad Emum P. D. Paulinum Petrum tit. Sancti Honuphrii in Ianiculo S. R. E. Card. Andrieu, Archiepiscopum Burdigalensem: cum decreto quo damnantur quaedam opera Caroli Maurras et ephemerides « L'Action Française ». 5

» » 24 *Abbiamo sotto gli occhi.* – Ad Emum P. D. Petrum tit. S. Laurentii in Lucina S. R. E. Presb. Card Gasparri, a Secretis Status: de ordinationibus latis circa italum Institutum cui nomen « Opera nazionale Balilla » . . 41

V. – Epistolae

1926 Oct. 4 *Sacras inter aedes.* – Ad Emum P. D. Henricum tit S. Petri in Monte Aureo S. R. E. Presb. Card. Reig y Casanova, Archiepiscopum Toletanum , de congressu Eucaristico ex tota Hispania 52

» » 30 *Nemo ignorat.* – Ad R. D. Iulium Breton, rectorem, ad doctoresque decuriales Instituti Catholici Tolosani sacris disciplinis tradendis, quinquagesimo expleto anno a condito eodem Instituto 54

» Nov. 10 *Feliciter sane.* – Ad R. D. Henricum Quentin, O. S. B.: de libro Genesis ex interpretatione Sancti Hieronymi novis curis ab eo recensito et nuper edito 16

» » 16 *Quod vobis.* – Ad Emum P. D. Antonium tit. SS. Marcellini et Petri S. R. E. presb. Card. Mendes Bello, Patriarcham Lisbonensem aliosque Archiepiscopos et Episcopos Lusitaniae, ad communes litteras ex concilio datas respondet. 131

» » 26 *Gratulando tibi.* – Ad Emum P. D. Vincentium S. R. E. Card. Vannutelli, Episcopum Ostiensem et Praenestinum, Sacri Collegii Decanum, nonagesimum aetatis annum feliciter explentem 17

» » » *Quam Germanica mulierum.* – Ad Emum P. D. Carolum Iosephum tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Presb. Card. Schulte, Archiepiscopum Coloniensem: de opera Germanicae mulierum Societatis 90

» » 29 *Deiparam Virginem.* – Ad R. P. D. Benedictum Aloisi-Masella, Archiepiscopum tit. Caesariensem, eundemque

			apud Chilensem Rempublicam Nuntium Apostolicum, quem legatum mittit ad solemnia coronationis B. M. V. de Monte Carmelo in urbe Sancti Iacobi	132
1926	Dec.	6	*Catholicum istud.* – Ad R P. D. Hectorem Quilliet Episcopum Insulensem, ob quinquagesimum expletum annum a condita Insula catholica Studiorum Universitate	133
»	»	26	*Insigni plane.* – Ad Emum P. D. Alexium, tit. S. Callisti S. R. E. presb. Card. Ascalesi, Archiepiscopum Neapolitanum, quem legatum mittit Syracusas ad novam consecrationem templi cathedralis, Christo Regi dicandi	181
1927	Ian.	20	*Commisso Nobis.* – Ad Emum P. D. Ioachimum tit. SS. Bonifacii et Alexii S. R. E. Presb. Card. Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, Archiepiscopum S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, ceterosque Brasiliae Archiepiscopos et Episcopos: de visitatione apostolica nuper in Brasilia peracta	91
»	Febr.	13	*Quod S. Cyrillum.* – Ad RR. PP. DD. Archiepiscopos et Episcopos tum Regni Serborum-Croatorum-Slovenorum tum Reipublicae Cecho-Slovacae: de Sanctis Cyrillo et Methodio, earum gentium apostolis, commemorandis	93
»	»	20	*Gratissimae nobis.* – Ad RR. PP DD. Czechoslovachiae Archiepiscopos et Episcopos communibus litteris respondens: de cleri reique catholicae incremento procurando	134
»	Martii	10	*In festo S. Ioseph.* – Ad Emum P. D. Alfonsum M. Tit. S. Mariae Angelorum in Thermis, S. R. E. Presb. Card. Mistrangelo, Archiepiscopum Florentinorum, ob quinquagesimum natalem sacerdotii eius	182
»	»	14	*Quoniam annus.* – Ad Emum P. D. Alexium, titulo S. M. de Victoria S. R. E. Presb. Card. Charost, Archiep. Rhedonensem, quem legatum mittit ad solemnia Athenaei Insulensis	205
»	Apr.	3	*Quoniam honor.* – Ad R. P. D. Paulum Felicem Beauvain de Beauséjour, Episcopum Carcassonensem, xxv episcopatus annum explentem	183
»	»	10	*Peculiari quodam amore.* – Ad R. P. D. Georgium Ambrosium Burton, Episcopum Cliftoniensem, xxv episcopatus annum celebraturum	
»	Maii	4	*Laetus sane.* – Ad Emum P. D. Petrum titulo SS. XII Apostolorum, S. R. E. Presb. Card. La Fontaine, Patriarcham Venetiarum, quem mittit legatum Anconem ad V Congressum Eucharisticum e tota regione Picena. .	206
»	»	5	*Praeclara sane.* – Ad R. P. D. Martinum Hubertum Rutten, Episc. Leodiensium Pontificio Solio adstatorem, xxv episcopatus annum explentem.	251
»	»	6	*Dicimus abs te.* – Ad R. P. D. Carolum Fritz, Archiepiscopum Friburgensem, in centesimum annum a condita archidioecesi	252

1927	Maii	18	*Cum feliciter.* – Ad Em̃um P. D. Ludovicum tit. S. Mariae in Aquiro S. R. E. Presb. Card. Dubois, Archiepiscopum Parisiensem, quem legatum mittit ad Marialem e tota natione conventum Carnuti agendum	410
»	»	»	*Certe pro tua.* – Ad Em̃um P. D. Ludovicum, tit. S. Mariae Novae S. R. E. Presb. Card Luçon, Archiepiscopum Rhemensium: de natali sacerdotii eius sexagesimo et de restituto templo cathedrali	411
»	»	20	*Libentissime sane.* – Ad Em̃um P. D. Petrum tit. S. Chrysogoni S. R. E. Presb. Card. Maffi, Archiepiscopum Pisanum, vicesimum quintum episcopatus annum feliciter explentem.	271
»	»	»	*Singulari quadam.* – Ad Em̃um P. D. Aloisium S. Georgii in Velabro S. R. E. Diac. Card. Sincero, quem legatum mittit in Belgicam ad solemnem S. Huberti Episcopi celebrationem	272
»	Iunii	5	*Compertum est.* – Ad RR. PP. Michaelem Evangelisti, Moderatorem Eremitarum Camaldulensium O. S. B., Ioannem Valenzani, Praepositum Eremitarum Camaldulensium Montis Coronae, Vincentium Barbarossa, Abbatem Gen. Monachorum Camaldulensium: nono exeunte saeculo ab obitu S. Romualdi	273
»	»	8	*Nos quidem Sacramenti.* – Ad R. P. D. Augustum Hlond, Archiepiscopum Gnesnensem et Posnaniensem, ob primum Eucharisticum Conventum in Polonia celebrandum	275
»	»	10	*Quamquam de condicione.* – Ad Em̃um P. D. Alexandrum tit. S. Augustini S. R. E. Presb. Card Kakowski, Archiepiscopum Varsaviensem et ad ceteros Archiepiscopos et Episcopos Poloniae: communibus litteris respondet e Conventu Varsaviensi datis	276
»	»	24	*Quinto feliciter.* – Ad Em̃um P. D. Iosephum Ernestum tit. S. Mariae de Aracoeli S. R. E. Presb. Card. Van Roey, Archiepiscopum Mechliniensem, quem Legatum Suum mittit, ad solemnia quinquies saecularia Universitatis Studiorum Lovaniensis celebranda . .	307
»	Iulii	7	*Per dilectum filium.* – Ad R. P. D. Leopoldum Preçan, Archiepiscopum Olomucensem eundemque « apostolatus a Ss. Cyrillo et Methodio » praesidem: de conventu quinto Velehradensi	340
»	»	17	*Cum valde.* – Ad Em̃um P. D. Patricium tit. S. Mariae de Pace S. R. E. Presb Cardinalem O'Donnell, Archiepiscopum Armachanum, quem legatum Suum eligit ad Concilium plenarium ex tota Hibernia	309
»	»	25	*Cum Tractatus dogmaticos.* – Ad R. P. Eduardum Hugon, O. P., cuius absolutos editosque tractatus dogmaticos gratulatur	277
»	»	28	*Numquam sane.* – Ad Em̃um P. D. Petrum tit. Basilicae XII Apostolorum S. R. E. Presb. Cardinalem La Fontaine, Patriarcham Venetiarum: de Sancto Rocho saeculo exeunte sexto ab eius natali celebrando	310

1927	Iulii	28	*Mexicani alumni.* – Ad R. P. D. Franciscum Orozco y Jimenez, Archiepiscopum de Guadalaxara, quinto et vicesimo episcopatus eius anno exeunte	311
»	»	29	*Ex conventu.* – Ad Emum P. D. Eugenium tit. S. Martini in Montibus S. R. E. Presb. Card. Tosi Archiepiscopum Mediolanensem, ceterosque Insubriae Episcopos: obsequiosis litteris respondet ex communi conventu Rhaudensi datis	312
»	Aug.	10	*Cum Eucharistiam.* – Ad R. P. Petrum De Maria, Archiepiscopum ti . Iconiensem eumdemque in Helvetia Nuntium Apostolicum, quem Legatum mittit ad congressnm eucharisticum Einsidlensem ex tota Helvetia. .	313
»	»	15	*Ut cleri populique.* – Ad Emum P. D. Thomam Pium titulo Ss. Quirici et Iulittae S. R. E. Presb. Card. Boggiani, quem Legatum mittit ad nonum e tota natione Conventum eucharisticum Bononiae celebrandum. . . .	342
»	Sept.	16	*Quas prope oppidum.* – Ad Emum P. D. Caietanum Protodiaconum S. Agathae S. R. E. Card. Bisleti Sacrae Congregationi de Seminariis Studiorumque Universitatibus Praefectum: de Seminario maiore Sardiniae prope Kularim auspicando	345
»	Dec.	18	*Più d'una volta.* – Ad R. P. D. Antonium Anastasium Rossi, Archiepiscopum Utinensem	444
			VI. – Declaratio	
»	Febr.	26	Quoad veniam legendi Commentarium diurnum, cui titulus « L'Action Française », a Sanctitate Sua in Indicem relatum	185
			VII. – Sacrum Consistorium	
»	Iunii	20	Consistorium secretum. – Camerariatus Sacri Collegii .	233
»	»	»	Allocutio Ssmi. – Enunciatio novorum Cardinalium . .	233
»	»	»	Provisio Ecclesiarum	240
»	»	23	Consistorium publicum	244
»	»	»	Consistorium secretum	244
»	»	»	Provisio Ecclesiarum	244
»	»	»	Assignatio titulorum	245
»	»	»	Postulatio Palliorum	245
»	Decembr.	19	Consistorium secretum	437
»	»	»	Allocutio Ssmi. – Creatio et publicatio Patrum Cardinalium	437
»	»	»	Provisio Cancellariatus S. R. E. et Ecclesiarum	440
»	»	22	Consistorium publicum	442
»	»	»	Consistorium secretum	443
»	»	»	Provisio Ecclesiarum	443
»	»	»	Assignatio Titulorum	443
»	»	»	Postulatio Palliorum	444
			VIII. – Homilia	
»	Oct.	30	*Anno vix elapso.* – Habita in patriarchali Basilica Vaticana inter solemnia consecrationis episcopi Nagasakiensis die festo Christi Regis	379

IX. – Conventiones

1926	Dec.	4	Accord entre le Saint-Siège et la France relativement aux honneurs liturgiques dans les pays où s'exerce le protectorat religieux français	9
»	»	»	Accord entre le Saint-Siège et la France relativement aux honneurs liturgiques dans les pays où les Capitulations sont abrogées ou non appliquées	10
1927	Iunii	»	Inter Sanctam Sedem et Rempublicam Lithuanam inita conventio	421
«	Dec.	10	Ratihabitionum praecedentis Conventionis permutatio .	434

II. – ACTA SS. CONGREGATIONUM

I. – Suprema S. Congregatio S. Officii

1927	Maii	3	*Instructio.* – Ad Archiepiscopos, Episcopos ceterosque locorum Ordinarios: de sensuali et de sensuali-mystico litterarum genere	186
»	Iulii	8	Dubium de Conventibus (quos dicunt) ad procurandam omnium christianorum unitatem	278
»	Sept.	19	Decretum quo damnatur opus « L'Action Française et le Vatican »	347
»	Dec.	16	Decretum quo damnatur liber Leonis Daudet « Le Voyage de Shakespeare »	446

II. – S. Congregatio Consistorialis

1926	Apr.	16	*Utinensis et Cenetensis.* – Decretum dismembrationis et aggregationis	19
»	Dec.	10	*Praelaturae nullius Acrensis et Puruensis.* – Decretum de immutatione nominis	55
»	»	21	*De Tarija – De Chaco.* – Decretum mutationis finium .	20
1927	Febr.	11	*Vapicensis.* – Decretum erectionis Dignitatis	97
»	Martii	12	*Rheginen.–Nicotrien.–Oppiden.* – Decretum dismembrationis et aggregationis.	189
»	»	18	*Patavin. et Vicentin.* – Decretum dismembrationis et aggregationis	279
»	Apr.	1	*S. Iosephi de Costarica-de Limon.* – Decretum dismembrationis et aggregationis	412
»	»	22	*Monacen. et Frisingen. – Ratisbonen.* – Decretum de finium dioecesium immutatione	208
»	»	29	*Augustodunensis.* – Decretum erectionis Dignitatis . . .	207
»	Oct.	22	*Augustan.–Eistetten.* – Decretum de finium dioecesium permutatione	413

III. – S. Congregatio Concilii

»	Febr.	22	Decretum de sacerdotibus magisterii munus gerentibus in publicis scholis	99

1927	Martii	15	*Romana et aliarum.* – Dubia	138
»	Maii	2	*Romana et aliarum.* – Servitii choralis	415
			Declaratio	253

IV. – S. Congregatio de Religiosis

»	Martii	25	Dubium de consecratione virginum pro mulieribus in saeculo viventibus	138

V. – S. Congregatio Rituum

1926	Apr.	14	Rescriptum de paenultima Octobris dominica precibus et actioni pro Missionibus peculiariter addicenda . . .	23
»	Nov.	24	*Urbis et Orbis.* – Additiones et variationes in festo S. Ioannis a Cruce Confessoris et Ecclesiae Doctoris	25
»	»	»	*Urbis et Orbis.* – Decretum de Officio, Missa et Elogio in festo S. Petri Canisii, Conf. et E. D.	26
»	Dec.	10	*Sinarum.* – Decretum super introductione causae beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Gregorii Grassi, Ep. Orthosiensis, Francisci Fogolla, Ep. Bagiensis, Antonini Fantosati, Ep. Adrahensis, Theotimi Verhaeghen, Ep. Sienensis, ex Ordine Fratrum Minorum, et Sociorum, in odium fidei, uti fertur, interemptorum	57
»	»	»	*Toletana.* – Decretum super introductione causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae a Iesu, monialis professae Ordinis Carmelitarum Excalceatorum	102
»	»	22	*Romana seu Faliscodunen.* – Decretum super reassumptione causae canonizationis Beatae Luciae Filippini, Virginis, Fundatricis atque antistitae Instituti Magistrarum Piarum ab eius cognomine nuncupatarum . . .	105
1927	Ian.	6	*Veronen.* – Decretum super virtutibus in causa beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Magdalenae Marchionissae de Canossa, Fundatricis Instituti Filiarum a Caritate	107
»	»	12	*Eistetten.* – Decretum confirmationis cultus ab immemorabili tempore praestiti Servae Dei Stillae virgini Beatae nuncupatae	140
»	»	26	*Albanen.* – Decretum introductionis causae beatificationis S. D. Ioannis Merlini, sacerdotis moderatoris generalis Congregationis Missionariorum Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.	143
»	»	»	*Neapolitana.* – Decretum introductionis causae beatificationis S. D. Michaelis Angeli Longo a Mariliano, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum	147
